

[Liber duodecimus]

[La suppression trois folios entre les fol. 206 et 207 a fait disparaître la fin du Livre XI, l'*Illustration* du Jugement dernier (Ap 20, 11-15) et le début du texte du Livre XII, restitué ici d'après l'édition de Sanders, p. 614-616] :

STORIA DE DIE IUDICII ET CIVITATE IERUSALEM, ID EST, ECCLESIA

T. 20. **11** Et vidi thronum magnum et album et candidum, et sedentem super eum, cuius a facie fugit terra et caelum, et locus non est inventus eius. **12** et vidi mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt ; et alius liber apertus est, qui est vitae ; et iudicati sunt mortui ex his quae scripta sunt in libris secundum opera sua. **13** et dedit mare mortuos suos ; et mors et infernus dederunt mortuos suos. **14** et mors et infernus missi sunt in stagnum ignis ; haec est mors secunda. **15** qui non est inventus in libro vitae scriptus, missus est in stagnum ignis [Ap 20,11-15].

EXPLANATIO

1 Et recapitulat idem iudicium dicturus : *et vidi thronum magnum et album et candidum, et sedentem super eum, ante cuius conspectum fugit terra et caelum, et locus non est inventus eius. et vidi mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt ; et alius liber apertus est, qui est vitae* [Ap 20,11-12]. **2** in throno iudicii figura est ; in candore iustitia est ; et sedentem super eum iudicem recognosce Dominum Iesum Christum, a cuius conspectu fugit terra et caelum. neque enim tantae potestatis iudicium sustinere praevalent elementa. **3** *et locus non est inventus eis.* nullus enim locus in loco ante Deum sed tamquam nihilum et inania reputata sunt ei. sic ostensa forma iudicii, iudicantis qualitate disposita, iudicium ipsud agitari iam dicit. **4** *vidi mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt* [Ap 20,12]. quis est apud Deum liber, nisi quia iudicantis virtute singulorum opera declarantur ? hos libros nunc testamenta Dei dicit, id est, legem et evangelium. secundum enim utrumque iudicabitur ecclesia. **5** heu et vae, qui nunc libros requirere nolunt, et quid in eos gestum erit, in futuro inerte despiciunt ; illic per libros acrius requiruntur. sancti vero qui per hanc testamenta in hoc mundo vivere disposuerunt, eos in iudicio necesse non habebunt ; quia quum fuerint eum Christo, cessabit scriptura. et illic per scripturam iudicantur, qui eas nunc habuisse requirunt. **6** *et alius liber apertus est, qui est vitae* [Ap 20,12]. liber vitae et vita Dominus Iesus Christus est. tunc aperietur et ostendetur universae creaturae suae, eum reddiderit unicuique secundum opera sua. **7** *et iudicati sunt mortui ex his quae scripta sunt in libro secundum opera sua* [Ap 20,12] ; id est, per legem et evangelium iudicati sunt, secundum quod ex eis fecerunt, aut non fecerunt. *semel, inquit, locutus est Deus ; duo haec audivi.* quae duo clarius manifestat dicens : *Domini est regnum, et ipse dominabitur gentibus.* **8** audivit David regnum ; Iohannes vero librum aspexit. David duo audivit ; Iohannes autem duos intuetur libros, et in duobus quid contineat. David

dicit : *potestas Dei, et tibi Domine misericordia*. **9** potestas in iudicando est ; misericordia vero in remunerando. Iohannes dicit : *et iudicati sunt mortui ex his, quae erant scripta in libris secundum opera eorum* [Ap 20,12]. David dicit : *quia tu reddes singulis secundum opera eorum*. **10** quanta similitudo dicturus est, quantum a veritate sanctus iste Iohannes non fugiit, sapientes unusquisque discutiat et consideret. **11** *et dedit mare mortuos suos* [Ap 20,13]. mare spiritualiter mundus iste intellegitur. gentes quas Christus in hoc mundo ad iudicium invenerit vivos, ipsi sunt mortui maris. sive et simpliciter secundum littera istum mare possumus hoc loco intellegere, ut et ipsos in diem iudicii restituat, quos necavit. **12** *et mors et infernus dederunt mortuos suos* [Ap 20,13]. ipsae sunt gentes sepultae, qui tunc in mo

[fol. 207r° a] * mento et in ictu oculi, in ipsa carne qua in hoc mundo uixerunt, et in ipso puluere, resurrecturi erunt. Ne quis diceret, consumptus pelago et opertus aquis, bestiis deuoratus, igni perditus, non posse resurgere, ideo dedisse mare mortuos suos dicit, et quia nullus effugiet iudicium Dei, et ¹ adiecit : **Et mors et infernus missi sunt in stagnum ignis.**

Haec est mors secunda, et ¹ qui non est inuentus in libro uite scriptus, missus est in stagnum ignis [Ap 20,14-15].

INCIPI de² **IHERUSALEM CIVITATEM IN QUA** ³ **FINIT LIBER DUODECIMVS ::**

ET ⁴ **VIDI** *celum nouum, et terram nouam. Primum enim celum et prima terra abierunt, et mare iam non est. Et ciuitatem sanctam Iherusalem nouam uidi descendentem de celo, a Deo conpositam, sicut sponsam ornatam uiro suo. Et audiui uocem magnam de celo dicentem :*

Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit eum ipsis. Ipsi erunt populus eius, et ipse Deus eum eis erit eorum Deus ; et absterget omnem lacrimam ab oculis eorum, et mors non erit amplius, et luctus non erit, iam prima transierunt. Et dixit sedens super tronum : Ecce, noua facio omnia. Et dicit : scribe, quoniam sermones isti fideles et ueri sunt. Et dixit michi :

Ego sum alfa et ω, initium et finis. Ego sicienti dabo aquam ex fonte uite gratis. Qui uicit possidebit haec, et ero eius Deus, et erit meus filius. Timidis autem et incredulis, et exsecrabilibus, et homicidis ⁵ et ueneficis et idolorum cultoribus et omnibus mendacibus, pars erit in stagno ardentis igne et sulfure, [fol. 207r° b] quod est mors secunda. Et uenit

* **LÉGENDE : Caractères rouges :** • Les petites capitales grasses rendent les titres en capitales rehaussés de couleurs diverses – rouge, mais aussi jaune ou bleu. • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales rouges. • Les grandes capitales grasses en corps supérieur rendent de grandes initiales rentrantes rehaussées de couleurs diverses. • Les caractères normaux rendent des caractères rouges normaux.

Caractères noirs : • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales noires. • Les initiales grasses rendent des initiales noires rehaussées de jaune, de bleu ou de rouge. • Les textes en italiques représentent des citations du Livre de l'Apocalypse qui n'ont pas été transcrites en caractères rouges.

1. et ajouté en interligne d'une encre noire.

2. de ajouté en interligne d'une encre noire.

3. quo corr. en qua.

4. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

5. diis final corr. en dis.

unus ex septem angelis habentibus septem fialas plenas septem plagarum nouissimarum. Et locutus est mecum dicens : Veni, ostendam tibi sponsam, uxorem agni. Et abstulit me in spiritu, supra montem magnum et altum, et ostendit michi ciuitatem sanctam Iherusalem descendentem de celo a Deo inluminare, eius simile lapide pretiosissimo, sicut lapidem in modum cristalli, habentem portas duodecim ; et super portas angulos duodecim, et nomina superscripta, que sunt nomina duodecim tribus Israel. Ab oriente portę tres. Ab aquilone portę tres. Ab austro portę tres. Ab occidente portę tres. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, et super ea duodecim nomina apostolorum agni. Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arundinis⁶ auream ut mensuraret ciuitatem et portas eius et murum eius.

Et ciuitas quadriposita⁷ est in longitudo eius, quanta et latitudo. Et mensus est ciuitatem stadiorum duodecim. Longitudo et latitudo et altitudo aequalia sunt.

Mensura hominis quod est angeli, muri, et ciuitas auro mundo, simile uitro mundo.

Fundamenta muri ciuitatis omnia lapidibus pretiosis⁸. Fundamentum primum, yaspide⁹.

Secundum saffiro¹⁰. Tertium calcidonio¹¹.

Quartum zmaragdu¹². Quintum sardonix.

Sextum sardi¹³. Septimum crisolito¹⁴.

Octauum berillo¹⁵. Nonum topazion. Decimum crisoprasso¹⁶. Vndecimum iacincto¹⁵.

Duodecimum ametisto¹⁵. Et XII^{cim} portę, duodecim margaritę singillatim ; [fol. 207v^o a] et unaqueque porta erat ex una margarita¹⁷. Et platea ciuitatis auro¹⁸ mundo¹⁷ uitro¹⁷ perspicuo¹⁷, et templum non uidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens, templum eius est et agnus. Et ciuitas non indiget sole¹⁹ neque luna²⁰, ut luceat ei ; et ambulabunt gentes per lumen eius usque in finem, et reges terrae afferent gloriam suam in eam, et portę eius non claudentur die, et nox ibi non erit, et inferent gloriam et honorem gentes²¹ in ea. Et non intrat omne immundum in ea, et fatiens abhominacionem et mendatium, nisi scripti in libro uite agni. Et ostendit mihi flumen aquę uite sicut cristallum exiens a throno Dei et agni, in medio plateę eius. Et ex utraque partę fluminis, lignum uitę fatiens fructus duodecim per singulos menses reddens²² fructum suum, et folia ligni in curationem gentium. Et omnis langor non erit, adhuc thronus Dei et agni in ea erit, et serui eius seruiet ei. Et uidebunt²³ fatiem eius ; et nomen eius in frontibus eorum, et nox non erit amplius, et non egebunt lumine²⁴ lucernę et lumine²³ solis, quoniam

6. arundinem corr. en arundinis.

7. quadra corr. en quadri.

8. lapide pretioso corr. en lapidibus pretiosis.

9. yaspis corr. en yaspide.

10. saffirus corr. en saffiro.

11. calcedonus corr. en calcidonio.

12. Corr. zmaragdo.

13. sardinum corr. en sardi.

14. crisolitim corr. en crisolito.

15. berillum corr. en berillo.

16. us final corr. en o.

17. e final corr. en a.

18. um final corr. en o.

19. Tilde gratté au-dessus du e.

20. m final gratté.

21. gentium corr. en gentes.

22. reddentes corr. en reddens.

23. uidebant corr. en uidebunt.

24. lumen corr. en lumine.

Dominus Deus inluminabit ²⁵ *eos, et regnabit* ²⁶ *super eos in secula seculorum, amen* [Ap 21-22,5].

EXPLICIT STORIA.

[fol. 207v° b-208r°]

Illustration : La Jérusalem céleste (Ap 21, 1-27) :

Au centre, dans un cercle, l'Agneau crucigère : AGNUS ; de part et d'autre, un ange tenant la perche pour mesurer, et Jean montrant l'Agneau : IOHANNES. Sur chacun des quatre faces, 3 personnages sous des arcades surmontée d'un buste d'ange.

Face supérieure, de gauche à droite : Pierre et sa clé : PETRUS, PASTOR SUPREMUS ; ANDREAS, SAPHIRUS ; IUDAS, CALCEDONIUS.

Face latérale droite, de haut en bas : SIMON ZELOTES, SMARAGDUS ; BARTOLOMEUS, SARDONIX ; IACOBUS, SIDONIS.

Face inférieure, de droite à gauche : IOHANNES, CRISOLITUS ; PHILIPPUS, BERILLUS ; THOMAS, CRISOLITUS.

Face latérale gauche : IACOBUS, CRISOTRASSUS ; MATHEUS, IACINCTUS ; MATTHIAS, AMETISTUS.

Sur le pourtour de l'illustration

À gauche, inscription verticale sur trois colonnes :

[1] Crisofusus colore indiciis est porri sucum colore referens aureis interuenientibus guttis.

[2] Iacinctus ex nomini suo flore uocatus ceruleum colorem habens luce purpura et refulgens sereno rutilet nubilo euanescit.

[3] E incutices rubore sanguineo propterea ematites uocatus ema quippe sanguis est.

Au-dessus, inscription sur trois colonnes :

[1] [1^{ère} ligne en partie coupée par le massicotage] pa...et aureos partes obtimus apud Medos.

[2] [1^{ère} ligne en partie coupée par le massicotage] imbre ut dicunt diuino inuenitur ad repperussum lune plene omni sculpture resistit.

[3] omne enim satis uiride ramarum dicitur nullus gemmis plus isto uiride nam erbas virides exuperat et frondes.

À droite, inscription verticale sur trois colonnes :

[1] Zmaragdus a nimia uiriditate uocatus : omne enim satis uiride ramarum dicitur, nullus gemmis plus isto uiride nam erbas uirides exuperat et frondes.

[2] Sardonix tribus coloribus constar subterius nigro

25. inluminat *corr. en* inluminabit.

26. regnabunt *corr. en* regnabit.

medio candido superius
mineo.

[3] Sardinus dicat eo quod a Sardis in uerita est
nec rubrum abet colorem sed inter gemmas
uilis est.

Au-dessous, à l'envers, inscription sur trois colonnes :

[1] [1^{ère} ligne en partie coupée par le massicotage]
cu Partini coloris simili
tudine hunc et
gignitur.

[2] [1^{ère} ligne en partie coupée par le massicotage]
similis Zmara[g]do enim [un]gula politur aliter
politus no[n] abet fulgorem.

[3] [1^{ère} ligne en partie coupée par le massicotage]
colore resplenderis [...]
Arabia insula in qua dilig [...]
fame fessi cum erbarum [...]
[...] erum omnium
melior.

[fol. 208v°]

Au-dessus du cadre : Hic populus Dei et habitabit Deus cum eis, et regnabunt cum illo in secula seculorum.

Illustration : **Le Christ trônant au ciel, le Fleuve de Vie l'Arbre de Vie** (Ap 22, 1-5) :

Registre supérieur, au centre : Le Christ en majesté dans une mandorle double. *De part et d'autre :* 16 personnages sous arcades.

Entre les deux registres : Fluuius a trono exiens.

Registre inférieur : Au sommet d'une montagne, l'ange montre à Jean le fleuve qui s'écoule du trône du Christ et un grand arbre poussant à ses pieds : à gauche : ARBOR UITAE ; à droite : IOHANNES ; HIC OSTENDIT ANGELUS IOHANNI FONTEM AQUAE UIUAE EX UTRAQUE RIPA LIGNUM UITAE ; MONS MAGNUS ET ALTUS.

[fol. 209r° a]

INCIPIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE.

Hanc²⁷ Iherusalem Eclesiam dicit, quem recapitulat, a Christi passione usque in diem quo resurgat, et cum Christo iuncta coronetur in gloria. Miscet utrumque tempus, nunc praesens, nunc futurum, et cum quanta gloria suscipiatur a Christo, et separata ab omni malorum incursu plenius declaratur, recapitulat ab origine dicens :

Et²⁸ **uidi cælum nouum et terram nouam.** *Primum enim cælum et terra abiit, et mare iam non est* [Ap 21,1]. **Haec** ita ut scribuntur ut ita sit, Eṣaya²⁹ teste, cognoscimus, qui ex sermone Domini loquitur, dicens : Ecce ego creo cælum nouum et terram

27. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur trois lignes.

28. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

29. s final gratté.

nouam, et non erunt in memoria et non ascendent super cor ; sed gaudebitis et exultabitis usque in sempiternum. In his quę ego creo cælum nouum, Æcclesia est, ex qua³⁰ Christus carnem assumpsit³¹, cælum nouum et terram nouam creauit. In caelo spiritum dicimus et, in terra carnem. Primus Adam factus fuerat in animam uiuentem, secundus Adam in spiritum³² uiuificantem. Conpleto tempore ascendit in cruce, et mortuus fuit pro tocius mundi salute, cuius exempla sequens Aecclesia renouatur in cognitione ueritatis de die in diem.

Per quam renouationem presentis saeculi, fulgebit in diem iudicii, cum in hac carne qua patitur. Iam non in tempestate maris istius saeculi, sed in gloria renouabitur sicut dicit : **Et ciuitatem sanctam Iherusalem nouam uidi descendentem a Deo conpositam, sicut sponsam ornatam uiro suo** [Ap 21,2]. Iherusalem cęlestis, multitudo sanctorum est, qui cum Domino dicitur esse uentura, sicut Zaccharias ait : Ecce Dominus Deus meus ueniet et omnes sancti cum eo. Hii praeparantur Deo ut³³ habitatio munda, et qui habitant³⁴ eum eo ; sicut sponsa ornata uiro suo, sic ornati sanctitate et iusticia procedent, coniungendi Domino suo et in ęternum mansuri cum eo.

Et audiui uocem magnam de trono dicentem : Ecce tabernaculum Dei eum hominibus, et habitabit cum ipsis, et ipsi populus eius erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Et absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum et mors ultra non erit amplius neque clamor. Quę prima fuerunt, transierunt [Ap 21,3-4].

Omnia hęc spetialiter intelligenda³⁵ sunt.

Iam enim isti hic cęli, uita uiuitur non praesentis saeculi sed futuri, quia non separantur isti cęli a superioribus. Sicut scriptum est :

Nostra conuersatio in cęlis est, unde Dominum Christum ępectamus. Et Dominus testimonium sui reddet, quod multitudo sanctorum ipsius tabernaculum fiat et habitet eum eo in aęternum. Sitque eorum Dominus, et ipsi sunt populus eius. Omnem fletum omnemque lacrimam ipse auferet de oculis eorum, quos aeternis remunerat gaudiis, et perpetua beatitudine facit esse perspicuos³⁶. **Et qui sedebat in trono ait : ecce noua fatio omnia** [Ap 20,5]. Sic et apostolus dicit : Quę ergo in Christo noua creatura siue et in futuro promissio fit sanctis altissimi ut in [fol. 209v° a] omnibus innouentur, atque omni splendore fulgeat. Inde et apostolus dicit quod et mortui resurgant incorrupti, et sancti mutentur in gloria. **Et dicit : Scribe, quia hęc uerba fidelissima sunt et uera. Et dixit mihi : Ego sum alfa et ω, initium et finis, ego sicienti dabo aquam ex fonte uite gratis** [Ap 21,5-6]. Id est cupientibus remissionem peccatorum per fontem babtismi. Aqua non solum simpliciter nominatur, quę sine Spiritu Sancto esse non potest. Quia et Spiritus Sanctus nomine aque appellatur in Eũangelio, clamante et dicente : Si quis sitit, ueniat ad me et bibat, qui credit in me, flumina aque uiuę fluent de uentre eius. Eũuangelista autem exposuit unde diceret. Secutus enim ait : Hoc enim dicebat de Spiritu quem accepturi erant credentes in Eum.

30. quo corr. en qua.

31. ad initial corr. en as.

32. m final ajouté en interligne d'une autre main.

33. ut ajouté en interligne.

34. h ajouté en interligne.

35. intellegenda corr. en intelligenda.

36. es final corr. en os.

Sed aliud est aqua sacramenti uisibilis, et aliud ³⁷ Spiritus Sanctus inuisibilis. Ista abluit corpus, et significat quod fit in anima.

Per illum autem Spiritum Sanctum ipsa anima mundatur et signatur. Spiritus Sanctus ideo dicitur, eo quod nobis aliquid siue ad timorem Domini siue ad scripturas interpretandas inspirat.

Spiritus Sanctus etiam ex opere angelus intelligitur, eo quod nobis inspirando quasi adnuntiat. Paraclitus dicitur, eo quod nos in tribulatione ³⁸ consolatur.

Paraclitus enim greçe, latine consolator dicitur. Alii Paraclitum latine oratorem uel aduocatum interpretatur.

Spiritus Sanctus donum dicitur, quia nobis unicuique per mensuram datur.

Spiritus Sanctus caritas dicitur, quia nos in unum coniungit. [fol. 209v° b]

Spiritus Sanctus columba dicitur, quia nos simplices facit. Spiritus Sanctus ignis dicitur, quia nos in unum calefacit. Spiritus Sanctus unctio dicitur, quia nos ad praedicandum docet, et ipse est in nobis unctio inuisibilis. Spiritus Sanctus digitus Dei dicitur, quia in tabulis cordis nostri uerba sue legis scribit, siue ut eius operatoria uirtus cum Patre et Filio significetur. Vnde et Paulus ait : Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout uult.

Proinde septiformis nuncupatur, propter dona que de diuinitate eius plenitudine particulatim quique ut digni sunt consequi promerentur, quia spiritus non est corpus, sed tamen est uidetur restare ut spiritus sit.

Sicut autem post baptismum in Christo morimur et renascimur, ita spiritu signamur, quod est digitus Dei et spirituale signaculum de his ³⁹ dicit : **Qui uicit, possidebit hęc et ero eius Deus, et ipse erit meus filius. Timidis autem et incredulis et execrabilibus et homicidis et ueneficis et idolorum cultoribus, et omnibus mendacibus, pars erit in stagno ignis ardentis et sulfure quod est mors secunda. Et uenit unus ex septem angelis habentibus septem fialas plenas septem plagarum nouissimarum** [Ap 21,7-9]. Plenas dicit fialas, quas supra in nono libro septem exposuimus effusas. Vt si hic legens non intellexeris, ibi plenissime intelligas ⁴⁰.

Vnde manifestum hunc librum duodecimum sicut supra diximus recapitulatum a Christi passione. **Et locutus est mecum dicens :**

Veni, ostendam tibi sponsam uxorem agni.

Et abstulit me in spiritu supra montem magnum [fol. 210r° a] **et altum** [Ap 21,9-10]. Montem magnum et altum Christum dicit, propheta adtestante : In illa die erit mons domus Domini praeparatus in uertice moncium, id est super apostolos, qui et ipsi montes appellantur. In illa die quod dicit, id est a Christi passione usque ad secundum aduentum eius que una dies dicitur de sexto die. Quia sicut sex diebus operatus est mundum, ita et per sex milia annos sex dies posuit, et in ista die sexti miliarii per bapstum et penitentiam dictum est, ut qui uicerit usque in finem, filius Dei appelletur. Et malefactoribus ignis eternus, *quod est mors secunda* [Ap 21,8], praeparetur. Repromittitur malorum ultionem factorum suorum. Porro ab angelo dicitur : *sustulit me in spiritu in montem altum* [Ap 21,10],

37. t final corr. en d.

38. Un mot gratté avant consolatur.

39. hos corr. en his.

40. intellegas corr. en intelligas.

ac si diceret: seruus Dei qui nunc in Ecclesia spiritualis factus sum et in contemplatione constitutus, Deo meo eleuante.

Et ostendit michi ciuitatem sanctam Iherusalem descendentem de celo a Deo [Ap 21,10]. Hęc est Ecclesia ciuitas in monte constituta sponsa agni, quia non est alia Ecclesia et alia ciuitas, quia una est, quę semper in penitentia de celo descendit ⁴¹ a Deo; quia Filium Dei immitando in penitentia, descendere dicitur in humilitate. Si enim Filius Dei descendit de celo, cum in forma Dei esset, formam serui adsumens, humiliavit se usque ad mortem.

Descensio Filii Dei, incarnatio eius est. Hęc ciuitas cotidie a Deo descendit ⁴⁰ immitando Deum, id est sequendo uestigia Christi Filii Dei.

Et hanc ciuitatem, sponsam dicit Agni.

Unde manifestum est ipsam Ecclesiam esse, quam sibi describit dicens: Habentem claritatem Dei. **Luminare eius simile lapidi pre-**[fol. 210r° b]-**ciosissimo sicut lapide** ⁴² **in modum christalli** ⁴³ [Ap 21,11]. Lapis preciosissimus Christus est, habens ⁴⁴ murum magnum et altum.

Sciendum magnopere est, quia quanto unaqueque anima fit preciosior ante oculos Dei, tanto prae amore ueritatis dispeccior fuerit ante oculos suos. Huic ad Saul dicitur: Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, capud ⁴⁵ te constitui in tribus Israel? Ac si aperte diceret. Magnus mihi fuisti, quando dispectus eras tibi. Modo uero magnus es tibi, dispectus sis michi.

Unde per prophetam dicitur: Uę qui sapientes estis in oculis uestris, et coram uobismetipsis prudentes. Tanto ergo fit unusquisque uilior Deo, quanto plus fuerit preciosior sibi. Et tanto erit preciosior Deo, quanto propter Deum uilior sibi. Quia humilia respicit, et alta a longe agnoscit. Hęc est murus magnus et altus, qui ⁴⁶ nunc sibi fuerit despectus ⁴⁷. Luminare Dei est cuncta perspicere, sicut ad Natael dicit sub quadam ficul ⁴⁸ uidi te, id est sub umbra legis elegi te. Infirma enim mundi elegit Deus, ut confunderet fortia. Uidit preciosissimum lapidem Deus, cum humanam animam de se abiectam, sapientem gressuę illustratione ⁴⁹ respexit. De qua uidelicet animam per prophetam dicit: Si separaueris preciosum a uili, quasi os meum eris. Uilis quippe est, Deo mundus praesens; preciosa est ei anima humana. Qui ergo praeciosum a uili separat, quasi os Domini uocatur, quia per eum Dominus uerba sua exerit, quę ab amore praesentis saeculi quandoque [fol. 210v° a] ⁵⁰ potest humanam animam euelli. Et quia Testamenti Noui doctores ad hoc usque perducti sunt, ut occulta quęque allegoriarum caligines in Ueteri Testamento scrutarentur, recte subditur: **Habentem portas duodecim, et super portas angulos duodecim nomina**

41. descendet corr. en descendit.

42. lapidi corr. en lapide.

43. Pour écrire ce mot, on a utilisé les lettres kri couramment employées pour le mot Christus, mais sans le tilde présent dans le second cas.

44. habentem corr. en habens.

45. caput corr. en capud.

46. quem corr. en qui.

47. dis initial corr. en des.

48. quadam ficulnea corr. en ficu par grattage sans réécriture.

49. in initial corr. en il.

50. Sur la partie gauche de toute la colonne l'encre est très effacée.

superscripta quę sunt nomina duodecim tribus Israel [Ap 21,12]. Supra enim dixit *luminare eius, simile lapide preciosissimo*⁵¹ *christallo*⁴² [Ap 21,11].

Hic uero dicit habentem portas duodecim.⁵² Et in Prophetis legimus de eadem ciuitate quod non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lune inluminabit te ; sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, et Deus tuus in gloriam tuam. Lumen eius simile est lapidi⁵³ precioso qui est⁵⁴ sicut christallum⁴². Sicut enim splendor in eo lapide est, nec extrinsecus radiatur, sed est nature claritate perlucidus⁵⁵ ; ita ciuitas illa describitur nullo siderum fulgore luminari, sed sola Dei inuisibiliter luce lustrari. In christalli⁴² autem candore, baptismi⁵⁶ significatur gratia⁵⁷. Et habebat murum magnum et altum. Et Zacharias dicit : Ego ero, ait Dominus, murus igneus in circuitu. Quid⁵⁸ tam magnum tamque⁵⁹ praeelsum quam Dominum maiestatis esse custodiam et praesentię suę ciuitatem sanctam circumdare munimine ? Quod autem dicit : *habens portas duodecim et in portis* [fol. 210v° b] *angulos duodecim, et nomina scripta quę sunt nomina duodecim tribus Israel* [Ap 21,12].

In Eũangelio legitur Dominum de se dicere : Ego sum ostium. Si quis per me intrat, et intrabit et pascua inueniet. Ergo ianua Christus. Duodecim uero portę, et duodecim tribus Israel, duodecim apostoli sunt, et duodecim prophete, quę est Eclesia in duodenario numero firmata. Et hęc duodecim portę, ad unam portam maiorem ueniunt, quę est Christus. Ergo ianua Christus est. Principes autem fidei nostre, id sunt apostoli, non ianua sed scripti in portis ; hoc est in ianuis releguntur, ut ostendatur Dominus Ihesus Christus omnibus sanctis extitisse ianua ueritatis. Ut in fide Domini nostri Ihesu Christi omnem patriarcharum quorum mansisse significet duodecim angulos portarum, et duodecim portę, et duodecim fundamenta in quibus nomina apostolorum agni scripta dicuntur. Triginta et sex faciunt ; quia tot⁶⁰ horis secundum nostrum post passionem suam in sepulcro certum est iacuisse, ut ostenderet et anterior prophetarum principum, turbam et subsequentem Apostolorum quorum una Domini fuisse fide et passione saluator, et uno introitu per fidem Christi que est ianua ad agnitionem omnipotentis Domini peruenisse. Nam et ipsi Apostoli in duodecim fundamentis scripti referuntur, quia Christus est fundamentum. Dicente Paulo : Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Ihesus ; et ipse in singulis [fol. 211r° a] et singuli in ipso constant. Dominus enim dicit :

Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Eclesiam meam. Et scriptum est in uerbis beatissimi Pauli, quod petra erat Christus.

51. similem *gratté* après *preciosissimo*.

52. *La fin de la colonne est très effacée et difficile à lire.*

53. e *final corr. en i.*

54. sicut lapis *iaspidis corr. en qui est.*

55. um *final corr. en us.*

56. in ea *gratté* avant *significatur.*

57. *rutilare gratté* après *gratia.*

58. d *ajouté en interligne.*

59. *tamque corr. en tamque.*

60. *thot corr. en tot.*

Ergo Petrus ille est cui Dominus loquebatur, super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, id est super fidem dominicę incarnationis passionis et resurrectionis.

Quod uero *ciuitas in quadro posita est* [Ap 21,16] in quattuor Euangelistarum ordine super dominicam incarnationem edificari, notat Aecclesiam per quattuor mundi partes, sicut dicit : **Ab oriente portę tres. Ab aquilone, portę tres.**

Ab austro, portę tres. Ab occidente portę tres. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, et super ea duodecim nomina apostolorum Agni [Ap 21,13-14]. Et quia quaterni duodecim fiunt ; Trinitatis misterium per quattuor mundi partes suscepisse significant.

Quod uero ter duodecim portas et duodecim angulos et duodecim nomina suprascripta dixit : triginta sex partes expressit, id est duodecim patriarchas filiorum Iacob, et XII Prophetas et XII Apostolos, et per omnem mundum scripta patriarcharum, prophetarum, et apostolorum nomina per Legis et Euangelii fidem confluisse demonstrat. **Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundinem auream ut mensuraret ciuitatem, et portas eius et murum, et ciuitas, in quadro posita erat** [Ap 21,15-16].

In arundine aurea, omnis Aecclesia ostenditur ; [fol. 211r° b] fragilis quidem, sed aurea. In arundine, fragilitatem humanam intelligimus.

In auro uero, sapientiam ipsa fragilitate miramus, sicut Apostolus dicit : Tesauros in uasis fictilibus habentes. **Mensura** namque quam⁶¹ dicit, Aecclesiam⁶² spiritualiter hoc in hominibus sanctis intellige. Et quia murum igneum⁶³ in circuitu eius Dominum esse iam diximus.

In arundine aurea, fidem Incarnationis Domini nostri Ihesu Christi esse dicamus, qui carnem fragilitatis humanę adsumptus, in exemplo salutis nobis est factus.

Cuius propter puritatem et inpeccantiam omni lucidior metallo extitit corpus.

Homo est, sed nullus ei similis inter filios extitit hominum. Ipse solus est, per quem mensuram fidei, et sanctę ciuitatis integritas, ac portarum eius mensura et altitudo muri cognoscitur. *Et ciuitas in quadrum posita est* [Ap 21,16], id est in quadriformi Aeuangelistarum fide persistit. Tantę latitudinis, quantę etiam longitudinis esse narratur, ut nichil in fide eius inormem, nichil additum nichil inmutatum persentias. **Et longitudo eius, quanta et latitudo. Et mensus est ciuitatem stadiorum duodecim. Longitudo et latitudo et altitudo eius equalia sunt** [Ap 21,16].

Duodenarius ille numerus est decuplicatus, id est centum uiginti animas, super quas Spiritus Sanctus igneis linguis legis in unum congregatis descendisse, cui numero coniuncti, uiginti quattuor. **Quem numerum si legere et tractare uolueris,** [fol. 211v° a] in quarto libro plenissimę recognoscis.

Ex hoc arundine qua corpus Christi esse sentimus, *mensus est inquit ciuitatem per stadia duodecim* [Ap 21,16]. Fides enim Christi et sancti integritas populi, per hęc duodecim stadia id est per apostolorum doctrina et patriarcharum et prophetarum fidem cognoscitur et operatur, et ipsi dicuntur Aecclesia arundine auri mensurata, qui eos inmitantur per fide et opera. **Quia nichil ualet fides, nisi fuerit et opera adiuncta. Qui dicit se in fide manere et non operatur, facta**

61. quem corr. en quam.

62. aecclesię corr. en aecclesiam.

63. ignis corr. en igneum.

demonum immitatur. Et qui operatur et fidem non habet, nisi fidem adiunxerit, in uacuum sine causa laborat. Sicut dicit.

Tanta erat longitudo, quanta et altitudo eius [Ap 21,16] equalia uniuersa. Nichil superfluum, nichil extrinsecus ueniens reperitur in sanctis; nichil minus inuenitur in eis. Quod uero dicit duodecim stadia qui finiuntur passibus mille et quinque stadiis. Quid in secretis spirituali intellegentia numerus iste contineat uideamus.

In Psalmis enim legimus de lege Domini :

Verbi quod mandauit, in mille generationes. Hunc numerum computator recognoscat. In hoc ergo ⁶⁴ numero totius computi plenitudo finitur, ut ostendat omnem sanctorum plenitudinem septiformis Spiritus Sancti fides solidari. Que forma in uirtutibus, non in spetie continetur.

Dicitur enim spiritus sapientie, et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientie et pietatis et spiritus timoris Domini. Quem septiformem Spiritum propheta de celestibus des-[fol. 211v° b]-cendendo, magis quam ascendendo numeratur, et de sapientia ad timorem descendit.

Et cum scriptum sit, initium sapientie timor Domini. Constat sine dubio quia a ⁶⁵ timore ad sapientiam ascenditur. Quia nimirum perfectam habet sapientiam caritatem. Et scriptum est : Perfecta caritas, foras mittit timorem. Propheta ergo quia de celestibus ad ⁶⁶ terrena loquebatur, a sapientia cepit et descendit ad timorem. Sed nos qui a terrenis ad celestia tendimus, eosdem gradus ascendendo numeremus, ut ad timorem ad sapientiam peruenire ualeamus. In mente etenim nostram primus ascensionis gradus est, timor Domini. Secundus pietas. Tertius, scientia.

Quartus, fortitudo, quintus, consilium. Sextus, intellectus. Septimus, sapientia. Est enim timor Domini in mente. Sed qualis timor est, si cum eo pietas non est. Qui enim misereri proximo ignorat, que conpati eius tribulationibus dissimulat, huius timor ante omnipotentis Dei oculos nullus est qui non subleuetur ad pietatem. Sepe pietas per inordinata misericordia, errare solet si fortasse parcat pro negligentia, que parcenda ⁶⁷ non sunt. Peccata enim que ferire gehenne ignibus possunt, discipline sunt flagello corrigenda. Sed inordinata pietas cum temporaliter parcat, ad aeternum incendium pertrahit. Vt ergo uera et ordinata sit pietas, ad gradum est aliud ⁶⁸ subleuanda, id est ad scientia, ut sciat uel quid ex misericordia flagellet et corripiat, uel quid ⁶⁹ ex misericordia dimittat. Sed quid si sciat quid agere quisque debeat, uirtutem [fol. 212r° a] uero faciendo non habebit. Dignum est ut scientia nostra crescat ad fortitudinem, ut cum uidet quod fatiendum sit; hoc facere per meritis fortitudinem possit. Ne timore trepidet et pauore conlapsa, non ualeat bona defendere que sentit. Sed sepe fortitudo si inprouida fuerit et minus contra uitia circumspecta ipsa sui praesumptione in periculo ruit. Ascendat ergo ad consilium, ut preuidendo premuniat omne quod facere fortiter potest, sed esse consilium non potest; si

64. ergo ajouté en interligne de la même main.

65. ad corr. en a.

66. d ajouté en interligne de la même main.

67. parcendo corr. en parcenda de la même encre.

68. t final corr. en d.

69. i ajouté en interligne.

intellectus sibi non est. Quia qui non intelligit malum quod fatientem grauat, quomodo poterit bonum solidare quod adiuuat ? Ideo ad consilium ascendamus ad intellectum. Sed quid sit intellectus, magno quidem acumine uigilet et moderari se nesciat per maturitatem. Ab intellectu ergo ascendatur ad sapientiam, ut hoc quod acutę intellectus inuenit sapientię mature disponat. Per hanc ergo septiformem gratiam, omnes sancti per duodecim portas Æcclesię, per quatuor partes mundi intrare dicuntur, id est ab oriente, occidente, aquilonę et meridię. Per orientalem uero portam, primus Iudaicus populus ingressus est, de cuius carne ille natus est, qui Sol iusticię uocatur.

Per aquilonis porta gentilitas figuratur quę in perfidię suę frigore torpuit, et in cuius corde ille regnauit qui, adtestante propheta, apud semedipsum dicit ⁷⁰ : Ponam sedem meam ad aquilonem. Ex Iudęa enim et gentilitate sicut dictum est. Ad sanctitatis culmen excreuerunt, quamuis intelligi per orientem et [fol. 212r° b] aquilonem etiam iusti et peccatores possint.

Oriens quippe non inmerito iusti nominatur, qui sicut in lucę fidei per bapismi nati sunt, in innocentiam persteterunt.

Per aquilone uero, rectę peccatores accipimus qui in mentis frigore dilapsi sub peccati sui umbra torpuerunt.

Sed quia omnipotentis Dei misericordia etiam tales ad penitentiam reuocat conpunctione et lacrimas lauat. Uirtutibus ditat, et usque ad perfectionis gloriam subleuat. Non solum ad oriente perfectionis centenario numero, sed aetiam ad aquilonem ducuntur, cum iustis aetiam peccatores per dona et penitentia ad perfectionem ueniunt. Ea ergo habere dicitur porta ab aquilone, qui habet porta ad orientem.

Quia et conuersi peccatores sic ditantur uirtutibus, sicut illi sunt diuites qui cadere in peccato uitauerunt. Vnde et psalmistę uoce per Dominum dicitur : Cinerem sicut panem manducabam. In cinerem, peccatores dixit, in pane iustos, quia sic penitentes recipit sicut iustos. Scriptum quidem est de peccatoris olim in cilitio et cinerem penitentiam egissent. Cinis ergo sicut panis comeditur, quando ad auctoris sui gratiam peccatorum per penitentiam sicut innocens reuocatur.

Cuncta haec in orientis et aquilonis ⁷¹ porta iam dicta sunt ; non congruit ut ea exponendo replicemus. Notandum tamen [212v° a] nobis est quia in spirituali edifitio alter auditur ad oriente, alius ad aquilone atque alius ad austrum patet. Sicut enim aquilonis frigore peccatores, ita per australem uiam feruentes spiritu designantur, quia, calorem Sancti Spiritus accensi, uelut in meridiana luce uirtutibus excrescunt. Pateat porta ad oriente ; qui post fidem nulla uitiorum profunditate dimersi sunt, ad gaudia secreta perueniunt. Pateat porta ad aquilonem, ut hii qui post incoationem fidei caloris et luminis in peccatorum suorum frigore et obscuritate dilapsi sunt, per conpunctionem penitentię ad ueniam redeunt, et quę erit in eterna retributionis uere leticia cognoscant. Pateat porta ad meridię, ut hii qui sanctis desiderii in uirtutibus feruent, spirituali intellectu cotidie in eterni gaudii misteria penetrent. Inter hęc autem queri potest, cum quatuor huius mundi partes sint cur aedifitio haec non quatuor sed tres portę esse memorantur. Quod rectum credendum fuerat si non spirituale sed corporale aedifitium uidisset. Sancta enim Eccclesia, id est spirituale edifitium

70. Lettres grattées à la fin du mot.

71. l a été ajouté d'une autre encre entre a et q.

tres solummodo portas habet. Videlicet fidem, spem, atque caritatem. Vnam ad orientem, aliam ad aquilonem, terciam ad meridiem. Porta quippe in oriente est fides, quia per ipsa lux uera nascitur in mente. Porta ad aquilonem est spes, quia unusquisque in peccatis positus si de uenia desperauerit, funditus perit. Vnde necesse est ut qui per suam iniquitatem extinctus, per spem misericordiae [fol. 212v° b] reuiuascet. Porta ad meridiem est caritas, qui igne amoris ardet. In meridiana etenim porta, sol in altum ducitur, quia per caritatis lumen fidei in Dei et proximi per dilectione subleuatur, et in hæc tribus portis per fidem et spem atque caritatem ad gaudia sempiterna peruenitur.

Haec igitur dixi, quia per porta significare Dominum uel praedicatorum uel scripturam sacram uel fidem exposui. Et ubicumque iam in hoc libro porta legitur, significare aliud non credatur.

Cum enim de una porta diutius loqueretur, recte fides intellecta est, quia una est electorum omnium fides. Cum uero alie porte nominantur, intelligi ora praedicatorum possunt per quorum lingua uera uitae cognoscitur, et per quos ascenditur ad sacramentorum spiritualium cognitionem. Porro unum stadium, quod CXL tribus porrigitur passibus, perfectionem sanctorum et dextere partis fidem in centenariis continet numero. In quadragenariis autem, quadrifidam Evangelistarum doctrinam plenissimi legis Decalogum intelligi uoluit. Contineri in tribus Trinitatis esse misterium. Igitur cum stadia que supersunt nobis ut duodecim compleamus adseuerat rationabilium mentium intellectum ad disciplinam fidei dominice sub hoc numerorum sacramento quod diximus posse concurrere, ut in ciuitatis Dei mensura ualeat numerari. Similiter quinque stadia que septingentis quindecim passibus extenduntur. Centies centeni fatiunt ut perfectorum normam in praesenti mundi persistere extenderet ebdomada. Siquidem sex diebus fecit Deus caelum et terram, et septimo requieuit ab operibus suis. Et septem diebus mundum [fol. 213r° a] constare uidemus, quia Dominus in Evangelio de die nouissimo dicit : Orate ne fiat fuga uestra ieme uel sabbato. Qui numerus facit ut septies repetiti, centum ostendat, omnem sanctorum plenitudinem in hac ebdomada qua mundus constat praedictae fidei sacramento concrecere.

Tertium autem qui supersunt, significant in Domino nostro Iesu Christo plenitudinem, sicut dicit Apostolus :

In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et ideo quinque in tribus diuisis partibus supra humanos sensus supra omnem intellegentiam adsumptum hominem Dominum nostrum Iesum Christum manere demonstrat. Ne quis presumat exceptionem carnis consimilem nobis in illo sentire, sed et ut ipsam carnem supra omnem dignissimorum corpus. Supra omnem sanctorum intellegentiam refulsisset cognosceres, quia in ipso plenitudo diuinitatis est.

Sicut ille dicit : Ego in Patre et Pater in me est ; et in quo tanta uirtus est nichil erit quoequale mortalibus, tamen etsi exequari propter carnis adsumptionem dicatur sic supra omnem carnem esse credendus est. Quia dicit Apostolus : Etsi nouissimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus, ne forte extenderemus ⁷² nos quasi communem hominem contemplari. **Muri et ciuitas auro mundo simile uitro mundo** [Ap 21,17].

72. Lettres grattées au début du mot.

Auri namque metallum nouimus meliorem metallis omnibus claritate fulgere. Uitri uero natura est, ut extrinsecus uisum pura intrinsecus praespicitate perluceat. In alio metallo quicquid ⁷³ intrinsecus continetur, absconditur. In uitro uero quilibet licor qualis continetur interius talis extærius demonstratur. Atque, ut ita dixerim, omnis licor in uitreo uasculo clausus [fol. 213r° b] patet. Quid ergo aliud in auro et uitro accipimus, nisi illam supernam patriam illa beatorum ciuium societatem quorum corda sibi inuicem et claritate fulgent et puritate translucet quam Iohannes in hoc Apocalipsin conspexerat cum dicebat : *Et erat structura muri eius iaspide, ipsa uero ciuitas auro mundo simile uitro mundo* [Ap 21,16].

Quia enim sancti omnes suma in ea beatitudinis claritate fulgebunt. Instructa uero a Deo dicitur, et quoniam ipsa eorum claritas uicissim sibi in alternis cordibus putet, et cum uniuscuiusque uultus attenditur simul et conscientia pēntratur. Hoc ipso auro uitro mundum simile esse memorat ; ibi quippe uniuscuiusque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non abscondit, sed patebit animus corporalibus oculis, ipsa etiam corporis armonia. Sicque unusquisque tunc erit conspicabilis alteri, sicut esse non potest conspicabilis sibi. Nunc autem corda nostra quamdiu in hac uita sumus, quia ab altero in alterum uideri non possunt non intra uitrea, sed intra lutea uascula concluduntur, ut propheta ait :

Eripe me de luto illuc enim sancta Eclesia auro uitroque describitur. In auro clara, in uitro perspicua. Sed quamuis in ea sancti omnes tanta claritate fulgeant, tanta perspicuitate perluceant ; Christo adæquari non possunt. Ad hoc enim sancti omnes ad illa gaudia eterna perueniunt, ut Deo similes esse possint. Sicut scriptum est : **Quis similis Deo inter filios Dei ? Dicamus ergo** [fol. 213v° a] unde erunt sancti similes Deo Christo ⁷⁴, unde non similes. Nisi quia hinc sapientiæ et similes erunt ad imaginem, et tamen non erunt similes ad equalitatem. Aspiciendo quippe eternitatem Dei fit eis ut eterni sint. Et dum uisionis eius donum percipiunt, ex perceptione beatitudinis imitantur quod uident, et similes ergo sunt, quia beati fiunt. Et tamen creatori similes non sunt, quia creatura ⁷⁵ sunt. Et habent quippe itaque quandam Dei similitudinem qua non habent finem, et tamen incircumscriptioni Dei equalitatem non habent, qui habent circumscriptionem. Quantalibet sancti claritate et perspicuitate fulgeant. Aliut esse omnes sapientes in Deo, atque aliut esse hominem sapientiam Dei. Quam profecto sapientiam, ille ueraciter agnouit, qui mediatoris Dei et hominum aliquem conparare sanctorum minime praesumpsit.

Et mensus est murum eius CXLIII cubitorum, mensura hominis que est angeli [Ap 21,17]. In ipso nunc muro nobis intro inspicienda mensura est. Murus ⁷⁶ enim ciuitatis huius, Dominus Ihesus Christus est. Quod mensus est mensura hominis id est Christi, quia ad protectionem sanctorum. ad munimento totius beatitudinis homo proficit adsumptus.

Ideo *mensura ipsa hominis que est angeli* [Ap 21,17] dicitur, quia ipse est angelus testamenti de quo dicitur : Veniet repente in templum suum Dominus quem uos queritis, et angelus testamenti quem uos uultis, quod in CXLIII^{or} cubitis altitudo

73. Le second i suscrit.

74. Christo ajouté en interligne de la même main.

75. non gratté devant sunt.

76. muris corr. en murus par u suscrit sans suppression du i.

eius erigitur, quid sacramenti contineat uideamus. Centum etenim decadibus decem collectum ad Patris dex-[fol. 213v° b]-teram transiit. Unde omnem plenitudinem sanctorum omnemque iusticiam que expletione Decalogi et Eūangelii uaticinio consumatus, in dextera Domini nostri Ihesu Christi contineri beatissimę demonstratur ⁷⁷. **N**unc uero que prolixę diximus, aperte et breuiter declaremus. Ciuitatem uero quem dicit auro et pretiosis resplendere lapidibus, et plateam stratam flumen per medium et uitę lignum ex utraque parte fatiens fructus duodecim per duodecim menses. Et solis lumen ibi non esse, quia agnus est lux eius, et portas eius de singulis margaritis aeternę portę ex quatuor partibus et claudi non posse.

INTERPRETACIO.

Ciuitatem ⁷⁸ quadratam, sanctorum adunata turbam ostendit, in quibus nullo modo fides fluctuare potuit, sicut ad Noę precipitur, ut ex quadratis lignis faceret arcam, qui diluuii possit impetus ferre, pretiosos lapides fortes in persecutione uiros ostendit, quia nec potestatem persecutorum moueri, nec impetu pluuię a uera fide dissolui poterunt. Propterea aurum mundum sociatur ex quibus regis magni ciuitas decoratur. Platea uero eorum extenditur corda ⁷⁹ ab omnibus mundatis sordibus ubi deambulet Dominus. Flumen uero uitę spiritualis natiuitatis currere gratiam ostendit. Lignum uitę ex utraque ripa Christi secundum carnem ostendit aduentum ; quem uenturum et passurum uetus Lex praedixit, et Eūangelium manifestatur. *Fructus uero XII per singulos menses* [Ap 22,2], duodecim apostolorum diuersa gratia ostenduntur, quem ab uno ligno crucis suscipientes populo fame consumptos Verbi Dei p̄dicatione satientur. Et quia dicit in ciuitatem solem non esse necessarium, euidenter [fol. 214r° a] ostendit creatorem luminum immaculatum fulgere in medio eius, cuius splendorem nullus poterit sensus cogitare nec lingua proloqui.

Ex quatuor partibus portas quod dicit terrena esse positas, et singulis margaritis ostendunt quatuor habitatores esse uirtutes. Prudentiam, fortitudinem, iusticiam, et temperantiam, que inuicem sibi herent. Et dum mutuo miscentur duodenarium efficiunt numerum.

Portę uero duodecim Apostolorum esse credimus numerum, quia in quatuor uirtutibus et p̄ciosę margaritę fulgentię inter sanctis lumen doctrinę suę manifestantes, ad ciuitatem sanctorum ingredi faciunt. Vnde conuersione eorum angelorum letentur chori.

Quod uero dicit non posse claudi portae euidenter ostenditur nulla contradictionum tempestate apostolorum doctrina separari, aetiam si fluctus gentium et hereticorum insana supersticionę, dum ad fidem ueram fuerint separati, eorum spumme dissoluuntur.

Quia petra Christus est a quo et per quem Aecclesia fundatur. Nullus fluctibus insanientium hominum superatur. Ergo, ut supra diximus, audiendo non sunt, qui mille annorum regnum terrenum Eecclesia esse confirmat, qui cum Chyrinto heretico sentiunt.

Et folia ligni in curationem gentium [Ap 22,2].

77. Dans la marge gauche, très grand k rouge.

78. Initiale rehaussée de couleurs sur deux lignes.

79. Lettre grattée à la fin de corda.

Ostendit plenius ubique sit ista ciuitas.

Non enim post mundum aliqua gens curabuntur.

Folia ligni uestitus est ex cruce quod p̄figurabatur in primis hominibus, qui de foliis arboris nuditatem suam tegere temptauerunt.

Et omnis langor non erit adhuc [Ap 22,3].

Sic et in numeris praedictum est : non erit [fol. 214r° b] gemitus in Iacob, neque uidebitur dolor in Israel. Dominus Deus eius cum eo p̄clara principum in eos Deus qui eicit eos ex mundi istius Ēgypto sicut gloria unius ei et neque infirmitates erunt in Iacob et Israel. Sequitur et dicit : Non enim est augurium in Iacob, neque diuinatio in Israel. Utique in Ēcclesia non erunt idola, quia nox diabolus p̄cessit, et ignorantia c̄citat̄is abiit, et dies Christus adpropinquauit.

Thronus Dei et agni in ea erit [Ap 22,3]. Thronus Dei sedes Dei est, id est Ēcclesia.

Psalmista adtestante qui ait : Sedes tua in saeculum saeculi, utique a modo et usque in saeculum.

Et serui eius seruiet ei, et uidebunt fatiem eius [Ap 22,4]. Similiter at nunc et in ēternum sicut Dominus dicit. Qui me uidet, uidet et Patrem, et felices mundo corde quoniam ipsi Deum uidebunt. **Et nomen eius in frontibus eorum. et nox non erit amplius, et non egebunt lumine lucernae neque lumine solis, quoniam Dominus Deus inluminat eos, et regnabunt cum eis in saecula saeculorum** [Ap 22,5]. **Ami**⁸⁰.

In⁸¹ HOC FINE libri Iohannem dicit c̄cidisse ad pedes angeli gratias agens. Pro qua re tanta ei ostenderat ; significans quod cui Dominus sacramenta scripturarum ostendet, humilis ad pedes angeli, id est eius scripturę nuntii in exemplum alterorum primus cadere debet.

Et utique angelus nuntius dicitur ; et scriptura nuntius est, et angelus nuncupatur.

Sic enim in Ēcclesia loquitur. Lectio sancti Ēuangeli [fol. 214v° a] eu bonum dicitur angelum adnuntiationem quod latine dicitur sub uno bona anuntiatio. Iohannes uero, qui ad pedes angeli cecidit, homo erat et omnes sanctos significauit. Iste angelus specialiter angelus erat in quo Dominus p̄sident̄ loquebatur, qui et nunc per sacerdotes loquitur.

Quia omnes serui Dei reges et sacerdotes dicuntur sicut scriptum est : *Lauit nos a peccatis nostris et fecit nostrum regnum sacerdotes Deo et Patri suo, ipsi gloria in saecula saeculorum* [Ap 1,5-6] amen. In hoc fine libri os sacerdotes dię noctuque mandat adnuntiare et p̄nitentiam populo praedicare et in duobus ciuitatibus, id est Dei et diaboli, una gloria, alteri supplitia aperte nuntient *cito aduenire*, et *hec uerba uera et fidelissima esse* [Ap 10,4] et non iam clausa, sicut in prima dixerat parte : *Signa que locuta sunt septem tonitrua* [Ap 10,4], iam hic in libro ultimo dicit, *ne signaueris* [Ap 22,10]. Ac si diceret et si antea non cognouerunt, in fine mundi cognoscant. Ecce iam finis mundi est, et Dominus cito ueniet et *unicuique secundum opera sua reddet* [Ap 22,12] et omnes malos a sua ciuitate expellet, et omnibus qui hunc librum non obseruauerint, fecerint uel crediderint et quę in eo scripta sunt si quis intelligens non annuntiauerit, eum de libro uitae cum maledictione expellens et damnans iudicabit.

80. i suscrit.

81. Initiale rrehaussée de couleurs rentrante sur quatre lignes.

Sicut nunc per storiā apertissime declarauit. **Et dixit mihi. Sermones hii fideles et ueri sunt** [Ap 22,6]. *Et Dominus spiritum prophetarum misit angelum suum ostendere [214v° b] seruis suis que oportet fieri cito. Ecce uenio cito. Beatus qui seruat sermones profetię libri huius. Et cum audissem et uidissem eum cecidit, ut adorarem ante pedes angeli qui michi ostendebat haec. Et dicit michi : Conseruus tuus sum et unus fratrum tuorum seruantium sermones libri huius Dominum adora. Et dicit michi : Ne signaueris uerba profetię libri huius. Tempus enim proximum est. Qui iniustus est iniuste fatiat adhuc. Ecce uenio cito et merces mea mecum reddere unicuique secundum opus eius erit. Ego A et ω primus et nouissimus initium et finis. Beati qui seruant mandata mea ut sit potestas eorum super lignum uitae, et per portas intrent in ciuitatem sanctam. Foris canes, et uenefici, et fornicarii, et homicidę⁸², et idolorum cultores, et omnis amans et fatiens mendacium. Ego Ihesus misi angelum meum testificare uobis haec in ecclesiis.*

Ego sum radix et genus Dauid, stella splendida matutina et Spiritus et sponsa dicunt : ueni et qui audit, dicat : ueni⁸³. Et qui sitit ueniat et accipiet aquam uitae gratis. Testor ego omnem audientem sermones prophetiae libri huius : Si quis adposuerit ad ea, adponet Deus super eum plagas scriptas in libro hoc.

Et si quis demiserit a sermonibus profetię eiusdem, et Deus partem eius ligni uitę et ciuitate sancta scriptorum in libro hoc. Dicitque testificatur hoc. Etiam uenio cito. Veni Domine Ihesu Christe. Deo gratias. Gratiam Domini nostri Ihesu Christi cum omnibus [Ap 22,6-21].

EXPLICIT STORIA.

[fol. 215r°] **Illustration : Vision finale** (Ap 22, 6-21) :

Registre supérieur : Sur un fond bleu foncé : Christ en majesté assis sur un trône, la main gauche tenant le Livre, la main droite ouverte, dans une mandorle circulaire tenue par deux anges.

Registre médian : Sur un fond jaune : Jean prosterné devant l'ange qui le relève : UBI IOHANNES CECIDIT AD PEDES ANGELI.

Registre inférieur : Sur un fond rouge : Jean s'adresse aux églises, figurées par des autels d'or sous 3+4 arcades avec leur nom au-dessus : UBI IOHANNES AD VII ECCLESIAS MISSUS EST ; PERGAMO, SMIRNE, EPHESO, LAODICAE, FIADELPHIE, SARDIS, TIATIRE.

[fol. 215v° a]

Hęc⁸⁴ supra scripta storiā maxime ut sonat simpliciter et secundum litteram intelligenda est, quia iam supra cuncta explanata sunt. Et congruum non est ut ea que semel a secundo exponentes diximus, sepius replicemus. Sed aliqua ex ipsis clausa uidentur, que caritati uestre exponamus. Preter ceteris finis libri in quo maledictionem sonasse cognoscimus, ne quod absit simplices simpliciter intelligendo erroris paciantur scandalum aut desperationes lapsum incurrant, ut quem hic maledicit si cognouerint que sint a recto tramite deuiantes offendant.

INCIPIT BREUIS EXPLANATIO SUPRASCRIPTÆ STORIÆ.

82. mi ajouté en interligne d'une autre main.

83. uenit corr. en ueni.

84. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

Angelum⁸³ quem dicit cuncta Iohanni ostendere cui Iohannes adorans ante pedes cadebat, certissime angelus erat. In initio libri, dixerat ipse angelus cui Iohannes ante pedes eius caderet tamquam mortuus, dicit inposuisse manum suam dexteram super eum, et audierat : *noli timere. Ego sum primus et nouissimus et fui mortuus, et ecce sum uiuens in saecula saeculorum* [Ap 1,17]. Postea uero ante pedes angeli cecidisse memoratur. Et hoc in decimo libro plenissime explanauimus. Dicit enim *cum cecidi ante pedes eius ut adorarem eum, ait michi : Uide ne feceris, conseruus tuus sum et fratrum tuorum, habentium testimonium Ihesu Deum adora* [Ap 19,10]. In initio libri dixerat *ego sum primus et nouissimus qui fui mortuus* [Ap 1,17]. [fol. 215v° b]

In decimo uero libro dicit : *Conseruus tuus sum et fratrum tuorum, habentium testimonium Ihesu* [Ap 19,10]. Hic autem in libri finem dicit : *Cum audissem eum cecidi adorarem ante pedes angeli qui michi ostendebat hęc. Et dicit michi : Conseruus tuus sum, et fratrum tuorum seruantium sermonem libri huius : Dominum adora* [Ap 22,8-9]. Quod supra dixerat repetiuit. Ostendit angelum missum esse in figuram Domini et Eclesie, cum et ibi dicat : *Ego sum Ihesus ; misi angelum meum testificare in ecclesiis ; nam testimonium Ihesu est spiritus prophetie* [Ap 19,10]. Quicquid enim Spiritus Dei prophetie dicit, testimonium est Ihesu, quia habet Ihesus testimonium a Lege et prophetis. Si enim lector ex uoce Domini in Ecclesia legit. Ego sum Dominus Deus noster. Qui cum hęc dicit, non pro se sed pro Domino dicit ; et tamen quasi pro se dicit et ueritatis regulam non deserit. Ita intellegendum est angelus dixisse Iohanni. **Quod autem dicit ne signaueris uerba prophetie huius, duobus modis intelligendus est** [Ap 22,10].

Supra in quinto libro dictum est : *Signa quae locuta sunt septem tonitrua, et ne ea scripseris* [Ap 10,4]. Hic uero in fine libri dicit : *Ne signaueris uerba prophetie libri huius tempus enim proximum est. Qui iniustus est, iniuste faciat adhuc, et sordibus, sordescat adhuc* [Ap 22,10-11]. Isti sunt propter quod dixerat, *signa quae locuta sunt septem tonitrua* [Ap 10,4]. Ac si diceret : legant in libros, et non intellegant, qui in sordibus uiuunt. De sanctis dicit : *Iustus iustitiam faciat adhuc, et sanctus sanctificetur adhuc* [Ap 22,11]. Isti sunt propter quod hic in finem libri dicit : *Ne signaueris uerba prophetie huius* [Ap 22,10]. Ac si aperte diceret : Isti legant libros, et intellegant ; et quod intellexerint faciant quia [fol. 216r° a] iusti sunt, id est sine malitia sunt, et in caritate sunt, et in sanctitate crescant adhuc, ita et contrario sordidi pro qua re in sordibus uiuunt legentes non intellegant, sed in sordibus crescant. Et impietatem suam conpleant adhuc in eo quod amant. Aliter autem haec intellegenda sunt, de initio Aecclesiae et fine⁸⁵. In priori parte quod dicit *signa quae locuta sunt septem tonitrua* [Ap 10,4] et in finem libri praecepit dicens : *Ne signaueris uerba prophetiae. Libri huius* [Ap 22,10] significant, quia quicquid in sancta Ecclesia initiis latuit finis cotidiae ostendit. Sicut uniuscuiusque hominis, sic sanctae Aecclesiae etas describit.

Paruula quippe tunc erat cum a natiuitate recens uerbum uitae praedicare non poterat.

Adulescentula uero Aecclesia dicitur sicut scriptum est : *Adulescentule dilexerunt te. Vniuersae quippe Aecclesiae quae unam*⁸⁶ *catholicam faciunt, adulescentule uocantur. Non iam uetusta per culpam ; sed nouelle per gratiam. Adulta uero*

85. m final gratté.

86. un réécrit à l'encre noire.

Aecclesia dicitur, quando Dei Verbo copulata Sancto repleta Spiritu per prædicationis misterium in filiorum conceptione fetatur.

Quia quos exortando et prædicando concipit, conuertendo parit; quos per prædicationem seducit, tunc concipit. Et cum ad penitentiæ publice uenerit, conuersos parit.

Quod uero seruantibus beatam potestatem super lignum uitæ dare, et per portas in ciuitatem sanctam intrare promittit [Ap 22,14]. Ipsi sunt qui per illas portas ingrediuntur id est patriarcharum, prophetarum, et apostolorum, et omnium sanctorum per quorum exempla ad unam portam ueniunt qui est Dominus Ihesus Christus. Et ipsi sancti sunt [fol. 216r° b] portas et ipsi Aecclesia, et ipsi sancta Iherusalem ciuitas. *Per has portas non intrat mendacium* [Ap 21,27], nisi solum ueritas, quia mendacibus clausæ sunt; istis signatus est liber istis, signata sunt septem tonitrua.

De quibus sequitur et dicit: *Foris canes et uenefici et fornicarii, et homicidæ, et idolorum cultores, et omnis amans et fatus mendacium* [Ap 22,15]. Isti per has portas non ingrediuntur, et iste portæ hodiæ sunt quia ora prædicatorum sunt; et in ipsorum predicatione ad uitam beatam ingredimur. Et quæ nobis prædicant uerbis, et in opere ostendunt exemplis. Os audiendo et sequendo portas habemus.

Ita e contrario mali doctores portas inferni sunt, quia per eorum uita atque doctrina qui eos obaudiunt et imitant, non ad ciuitatem cælestem, sed ad ciuitatem diaboli trauntur, et in eterno supplicio merguntur. Et has utraque portas ciuitatis Dei et ciuitatis diaboli aperte stant, et die ac nocte non claudentur, id est die et nocte prædicant.

In die prædicant sancti quæ in lumine sunt, id est in sapientia sunt. De qua dictum est: hic est dies quem fecit Dominus, exultemus et lætemur in ea. In nocte prædicant ypocritæ, heretici, scismatici, et pseudosacerdotes qui non pro lucro animarum, sed pro sua lucra honores concupiscunt, et ignorantia cecitatis ambulant; ipsi portas in nocte apertas dicuntur. Quia sicut sapientia diximus lumen, ita et ignorantia dicimus tenebras. [fol. 216v° a] Per ipsos dicit Dominus: *Foris canes. Canes dicuntur, quia quasi gregem dominicum seruare uidentur. Et innerito canes, quia post fidei bapismi gratiam ad uomitum peccatorum suorum reuertuntur; et super malas scripturas interpolant, ut omnes ad sua uita sordida quasi prædicando adducant, et non secundum ueritatem prædicant, sed secundum quod uiuunt, male intellegendo inmutant. Quia unusquisque legens ita intellegendo sensum auertit, ubi uiuendo oculus cordis tenuerit. Et ubi cor suum, ibi et thesaurum cordis sui. Semper enim spiritus et sponsa dicunt: ueni* [Ap 22,17]; utique spiritus et sponsa capiti suo. Quia sponsa Ecclesia est, quæ semper clamat: Venite filii, audite me; timorem Domini docebo uos.

Venire enim, credere est. *Et qui sitit ueniat et accipiet aquam uitæ gratis* [Ap 22,17].

Id est qui uoluerit ueniat, credat, et baptizetur in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, et non solum in aqua, sed etiam in morte Christi, quia omnes audiunt, quamuis non omnes legunt. Quibus ita Dominus dicit: *Testor ego omnem audientem uerba prophetiæ libri huius. Si quis addiderit ad ea, addat Deus super eum plagas scriptas in libro hoc* [Ap 22,18]. Et si quis minuerit a sermonibus prophetiæ huius, minuet Deus partem eius ligni uitæ, id est ligni crucis Christi et ex ciuitate sancta scriptorum in libro hoc. Dicit qui testificatur hoc. Ciuitas sancta Ecclesia est [fol. 216v° b] et siue bona siue mala in hoc libro scripta sunt, ibi suppliciorum pœna, ibi gaudia sempiterna. Testes sunt ipsi librorum scriptores, qui per Legem

et Eūangelium testificant Domino Ihesu Christo que est testis fidelis. Mendaces uero addunt et minuunt uerba prophetiē huius quos supra canes et ueneficos diximus. Per ipsos hęc maledictio est, et haec propter ipsos infalsatores dixit, non pro eos qui simpliciter, quod sentiunt dicunt. In nullo prophetiæ mutilata, sed uerba eorum fide et opere sunt plena. Ipsis enim Dominus dicit : *Etiam uenio cito* ; et illi dicunt : *Veni, Domine Ihesu Christe. Deo gratias. Gratia Domini nostri Ihesu Christi cum omnes* [Ap 22,20-21], amen.

EXPLICIT CODEX APOCALIPSIS DVODENARIARVM ECCLESJARVM NVMERO. ITA DVODENARIO ORDINE LIBRORUM HVIVS ISTORIAE DISTINCTIO.

Codix ⁸⁷ **multorum librorum est et liber est** unius uoluminis ; et dictus codix per translationum a corticibus uerborum seu uitium, quasi audis quod esse multitudinis librorum, quasi rammorum contineat uolumen.

Librum est aduoluendo dictus, sicut apud Hębreos uolumina Legis, uolumina Prophetarum, foliē autem librorum appellatę, siue ex similitudinę foliorum arborum, seu quia ex follibus fiunt, id est ex pellibus qui occisis peccoribus detrai ⁸⁸ solent, cuius partes paginę dicuntur, eo quod sibi inuicem compini, explicit coguntur.

87. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur trois lignes.

88. Lire detrahi.